



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

XVII. Breve exemptionis nonnullorum Familiarium suorum à gabellis, &  
aliis impositionibus, & facultatis testandi pro iisdem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74833)

Deputatio  
novorum Of-  
ficialium.

Substitutio  
aliorum in  
casu mortis.

oneribus solitis, & consuetis auctoritate, & tenore præfatis constituimus, & deputamus; Ac illis secundo loco in casu mortis dilectos pariter filios Bernardinum à Purificatione in Ministrum Provinciale, & Stephanum à Regibus in Custodem, ac Joannem à Luce, & Danielem à Sancto Francisco ejusdem Ordinis professores in Definitorum Provincie hujusmodi respectivè substituimus, & subrogamus.

§. 7. Volentes, ut Minister Provincialis, ac Custos, & Definitor sic à Nobis deputati, sive substituti respectivè una cum Commissario per memoratum Franciscum Mariam Ministrum Generalem ad Provinciam præfatam, pro illius reformatione destinando electioni faciendæ novorum Guardianorum, juxta Statuta Ordinis, & exigentiam Provincie hujusmodi assistant.

§. 8. Denum eidem Commissario sic destinando præfentes litteras executioni mandandi, ac demandari faciendi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, per Sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendi, auxiliumque brachii secularis ad hoc, si opus fuerit, invocandi quamcumque necessariam, & opportunam facultatem eadem auctoritate harum serie tribuimus, & impartimur.

§. 9. Mandantes propterea in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrii Nostræ pœnis omnibus, & singulis, Provincie præfate Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supra nominatos Fratres ad officia eis respectivè per præfentes demandata, illorumque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, eosque recognoscant, & illis in omnibus officia hujusmodi concernentibus pareant, & obediant, faveantque & assistant respectivè.

§. 10. Ac decernentes ipsas præfentes Litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, & Provincie, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis.

§. 12. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis aliàs in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 13. Volumus autem, ut illi quos à censuris, propter præmissa incurfis, ut præfertur absolvimus, penitentiam, quam eis Sacerdos idoneus, propter eadem præmissa injunxerit, omninò adimpleant, alioquin præfentes litteræ quoad absolutionem hujusmodi eis in foro conscientie, minimè suffragentur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Maji 1672. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Indulgentia pro Ecclesiis Sancti Philippi Benitii Ordinis Servorum, tam Fratrum, quam Monialium in die festo ejusdem Sancti Philippi.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

**R**edemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui gloriosos saluberrimorum, quæ Nobis reliquit, exemplorum Sectatores altis decoravit honoribus, & cælestis beatitudinis consortes effecit, vices, licet immeriti, gerentes in terris, spiritualium munerum thesauros, quorum Nobis tradita est dispensatio, libenter erogamus, sicut ad excitandam, & fovendam erga eosdem Beatos cæli incolas Fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque Nos nuper ad honorem Sanctissimæ, & individue Trinitatis, ad exaltationem Catholicæ fidei, & Christianæ Religionis incrementum, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Alma Urbe Nostra tunc existentium consilio, Beatum Philippum dum vixit, Ordinis Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis Professore, & Propagatorem, auctoritate Nobis à Domino tradita, Sanctum esse decreverimus & definiverimus.

§. 2. Hinc est, quod Nos, ad augendam Fidelium religionem, & animarum salutem, cælestibus Ecclesiæ thesauris, pia charitate intendi, & de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus verè penitentibus, & confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis hæcenus erectis, & in posterum quandoque erigendis, & ubicumque locorum existentibus, die 23. Augusti festum ejusdem Sancti Philippi Benitii, à primis Vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 3. Volumus autem, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, vel extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Julii 1672. Pontificatus Nostri anno Tertio.

Breve exemptionis nonnullorum Familiarium suorum à gabellis, & aliis impositionibus, & facultatis testandi pro iisdem.

CLEMENS PAPA X.

**V**enerabili fratri Alexandro Crescentino Patriarchæ Alexandrinensi, Cubicali Nostri Præfecto, ac dilectis Filiis Magistris Joanni Gualterio Slusio Leodiensi, Secretario Brevium Nostrorum Secretorum, & Prospero Bottinio Lucanensi, in utraque Signatura Nostra Referendariis, Au-

XVI.

Exordium.

Indulgentia  
pro Ecclesiis  
ejusdem  
Ord.

Perpetuis  
futuris tem-  
poribus.

XVII.

Nomina fa-  
miliarium.

Derogatio  
contrario-  
rum.

ditori, Prælati Domestici nostris, ac Josepho Vallemanio Pincernæ, Francisco Polino, Nicolao Gentili Camerinen. Architrucino, Carolo Balduccio Tusculan. Vestriario, Ascanio Paganallo, Venantio, Benignio, Octaviano Cambio Camerinenfi, Dominico Panti Pifaurensi, Pomponio Cavallo Ravennatenfi, Cubiculariis secretis Nostris, & Josepho Barbio Camerinenfi Cappellano secreto nostro, ac Brunoni Bellozzio Afculan. respectivè Civitatum, vel Dioccesum Clericis, seu Presbyteris, Cubiculi Nostris Auditori, familiaribus continuis Commensalibus Nostris salutem, & Apostolicam benedictionem.

Prooemium.

§. 1. Ad Romani Pontificis, quem supremum in terris gratiarum Dispensatorem constituit Deus, circumspiciam noscitur providentiam pertinere, ut sibi, & Apostolicæ Sedi devotos, eos præcipuè, quorum fidem, integritatem, prudentiam, & industriam in obeundis gravibus dictæ Sedis ministeriis, & muneribus, nec non accuratam sollicitudinem, assiduitatem, dexteritatem, & vigilantiam in impendendis sibi gratis familiaritatis obsequiis, multis rerum experientis spectatas habet, peculiari gratiarum favoribus condecoret, eorumque indemnitati, ac heredum, & successorum cujuslibet eorum securitati consulere satagat, sicut personarum meritis convenire arbitratur.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ Nobis hætenus impenditis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistitis, nec non ad vitæ, & morum honestatem, aliæque laudabilia probitatis, & virtutum merita singulari erga Nos, & Sedem prædictam fidei, & devotioni conjuncta, quibus vos omnes, & singulos etiam familiari experientia juvari novimus, condignam rationem habentes, vosque propterea specialis favore gratiæ profecti volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes.

Absolutio à censuris.

Motus proprius.

§. 3. Motu proprio, non ad vestram, aut cujuslibet vestrum Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione, meraque liberalitate Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam præter, & ultra quascumque alias similes vel dissimiles, generales vel speciales gratias, facultates, exemptiones, indulta, & privilegia vobis, & vestrum cuilibet à Nobis, vel Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris concessas, & concessa, & in posterum etiam à Nobis, & Romanis Pontificibus Successoribus Nostris concedendas, & concedenda, quas omnes, & singulas, quæque omnia, & singula, perinde ac si illarum, & illorum tenores præsentibus expressi, ac de verbo ad verbum inserti forent, in suo robore, & firmitate remanere, & esse, nec per illas, & illa eisdem præsentibus, vel per præfentes illis in aliquo præjudicari, vel eas, seu ea invicem confundi, seu impediri, sed etiam cumulativè procedendo unam, seu unum per aliam, seu aliud coadjuvare, & suppleri posse, vobisque omnibus, & singulis tam conjunctim, quam divisim plenissimè suffragari debere volumus, decernimus, & declaramus.

Enumeratio bonorum, &amp; fructuum, &amp; beneficiorum.

§. 4. Vos omnes, & singulos, vestraque, & cujuslibet vestrum beneficia, & officia quæcumque, quotcumque, & qualiacumque, ac cujus-

cumque qualitatis, etiam speciali expressione dignæ, existentia, tam hætenus in titulum, commendam, vel administrationem, seu alias quomodolibet obtenta, quam in futurum quovis modo, & quomodocumque obtinenda, illorumque omnium, & singulorum fructus, redditus, proventus, obventiones, bona, res, emolumenta, & jura quæcumque, ac vestra, & cujuslibet vestrum prædia, possessiones, agros, terras, animalia, domos, molendina, & alia bona patrimonialia, & temporalia, mobilia, & immobilia, ac se moventia, nec non actiones, & jura quælibet præsentia, & futura, ac tam à vobis, & quolibet vestrum de præfenti possessa, & hætenus acquisita, quam in posterum quomodocumque & quomodocumque acquirenda, & possidenda, urbana, & rustica, tam in Alma Urbe, ejusque districtu, quam in aliis quibuscumque Civitatibus, etiam Ferrariensi, Bononienfi, Beneventana, Anconitana, & Avenionensi, & aliis etiam specificam, & individuum mentionem requirentibus, earumque territoriorum, & districtibus, ac quibuscumque Oppidis, Terris, & locis Status Nostræ Ecclesiasticæ mediata, vel immediate subjecti, & aliis ubicumque locorum, Provinciarum, & Regnorum respectivè consistentia, dictorumque bonorum fructus, proventus, pensiones, affectus, & emolumenta quæcumque, ac etiam respectu eorumdem bonorum tantum, vestros, & cujuslibet vestrum colonos, laboratores, affictuarios, & conductores quoscumque, cujusvis qualitatis, quantitatis, & naturæ bona hujusmodi, ac cujuscumque annui valoris illorum fructus, redditus, & proventus sint vel fuerint, ac etiam quæcumque à vobis, & singulis vestrum vendenda, & pro vestris, familiarumque vestrarum usibus emenda ab omnibus & quibuscumque decimis, quartis, & dimidiis, aliisque partibus, seu portionibus, subsidiiis, etiam charitativis, nec non vectigalibus, gabelis, portoriis, datis, pedagiis, taxis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, parangariis, cæterisque oneribus, & contributionibus, tam urbanis, quam rusticis ordinariis, & extraordinariis, etiam subsidii triennalis, & quaterni carnis, aliisque impositionibus, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, & pontium, portarum, & moliturarum, ac mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, seu Provinciam terra, mari, & flumine, nec non eorum mortuorum, stabulationum, & hospitalium militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, & mantentionis Classis, & trirerium Pontificiarum, ac etiam ob bellum contra Infideles, vel in subventionem Sedis, & Cameræ prædictarum, aut Christianæ Reipub. seu Status Ecclesiast. prædicti tuitionem, & defensionem, ac aliis ex quacumque licet gravissima, urgentissima, necessaria, insolita, incogitata, & inexcogitabili causa impositis, ac quomodocumque, & qualitercumque imponendis, etiam ratione venditionis & emptionis equorum, aliorumque animalium solvi solitis, ita ut vos, & quilibet vestrum nihil omninò horum, vel similitum subire, vel solvere teneamini, nec per Cameræ Apostolicæ, aut alios Commissarios, & Ministros, seu vectigalium, gabellarum, decimarum, subsidiorum, impositionum, tributorum, & aliorum prædictorum Redemptores, conductores, collectores, Subcollectores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate suffultos ad id valeatis coactari, quamdiu vixeritis, & quilibet vestrum vixerit respectivè tenore præsentium eximimus, & plenariè liberamus, ac liberos, immunes, francos, exemptos, liberaque, immunia, fran-

Exemptio à gabelis pro omnibus.

Quoad vixerint.

ca, & exempta esse, & fore decernimus pariter, & declaramus. Præterea vobis, & cuilibet vestrum, ut de omnibus, & singulis jocalibus, gemmis, etiam pretiosis, & quolibet Principe, etiam maximo, & Præfule dignis, nec non de suppellectilibus, aliisque mobilibus, etiam in pecunia cujuscumque generis consistentibus, ac se moventibus & immobilibus quomodolibet nuncupatis bonis, ac Castris, & Terris quacumque dignitate suffultis, villis, domibus, palatiis, vineis, casalibus, possessionibus, censibus, locis, & portionibus Montium quorumlibet, aliisque dominiis temporalibus, feudalis, & jurisdictionalibus, meroque, & mixto imperio ( sine præjudicio tamen jurium Camera Apostolicæ prædictæ quoad jurisdictionalia hujusmodi ) tam in Urbe, quam extrâ eam ubivis, etiam penes beneficia Ecclesiastica quacumque cum cura, & sine cura secularia, & cujusvis Ordinis regularia per vos, & vestrum quemlibet in titulum, commendam, vel administrationem, seu aliâs ex quibusvis dispensationibus, & concessionibus, etiam Apostolicis, obtenta, & in posterum obtinenda existentibus, ac juribus, actionibus, & nominibus debitorum quocumque modo, jure, via, forma, & occasione ad vos, & vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore spectantibus, & in quibuscumque rebus consistentibus, etiam illa omnia, vel eorum major, aut aliqua pars ex fructibus, & emolumentis quorumcumque Monasteriorum, etiam Conventualium, Præpositurarum, Prioratum, Præceptoriarum dignitatum, etiam Conventualium, majorum, & principalium, personatum, administrationum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hospitalium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, regularium quocumque nomine nuncupatorum, & quomodolibet qualificatorum, etiam personalem residentiam requirentium, quæ auctoritate ordinaria, vel ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus, seu indultis Apostolicis, Regumque, & aliorum Principum nominationibus, seu præsentationibus, aut aliâs quomodolibet in titulum, commendam, vel administrationem, & alio quocumque modo obtinuitis, & de præfenti obtineris, & in posterum simul, vel successivè, aut pluries, & iteratis vicibus, & aliâs quomodolibet obtinebitis, ac vestrum quilibet obtinuit, obtinet, & obtinebit respectivè, necnon ex quibuscumque aliis fructibus, redditibus, & proventibus, etiam Ecclesiasticis loco pensionum annuarum, ac pensionibus annuis super similibus, vel dissimilibus, etiam Mensarum Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Capitularium, & Conventualium, ac Monasteriorum, Canonicatum, & Præbendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventibus, & emolumentis, atque etiam distributionibus quotidianis, & emolumentis, etiam manualibus, ac solis præsentibus, & divinis officiis, horisque diurnis, & nocturnis interessentibus dari, & per eos lucriferi solitis vobis, & vestrum cuilibet respectivè reservatis, & assignatis, ac reservandis, & assignandis, necnon emolumentis quorumcumque Romanæ Curie officiorum, ac tam ex paterna, quam ex aliis hereditatibus, seu aliâs quavis occasione, vel contemplatione provenierint, seu in posterum provenient, ac qualitercumque, quomodocumque, & undecumque, etiam in functionibus quorumcumque munerum, & legationum, ac aliâs quomodolibet per vos, & vestrum quemlibet acquisita sint, & in posterum acquiri contigerit, cujuscumque quanti-

Etiam pro  
acquirendis.

tatis prædicta omnia, ac cujuscumque valoris etiam annui, & inexcogitati, & qualitatis, seu conditionis bona, & alia supradicta fuerint ( illa omnia, eorumque veros, etiam annuos valores, & denominationes, etiam omnia prædicta, seu eorum aliqua talia fuerint, quæ sub generali appellatione bonorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigeant vocabulis, specialemque notam requirant, præsentibus ac si specificè, & sigillatim exprimerentur pro sufficienter expressis, & specificatis habentes ) usque ad quantumcumque summam, quantumvis notabilem, notabilissimam, & inexcogitatum per viam testamenti nuncupativi, seu in scriptis, aut epistolarum, seu codicillorum, aut aliâs solo verbo, vel alio quovis modo, etiam minus solemnè, & sine aliqua insinuatione testandi, seu donatione, tam inter vivos, quam causa mortis, etiam per viam simplicis distributionis, seu contractus, etiam ommissis quibusvis solemnitatibus, etiam substantialibus, & formis aliâs requisitis, tam de jure quam per Constitutiones, statuta, & consuetudines Urbis, Civitatum, vel locorum, ubi vos, seu vestrum quemlibet respectivè ita disponere, aut mori contigerit in eadem voluntate permanendo, etiam coram Notario publico, vel duobus testibus, aut per cujuslibet vestrum cedulam privatam, seu quacumque ultima voluntate, & aliâs prout, & quemadmodum vobis, & vestrum cuilibet, respectivè videbitur, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis, seu vestrum cuilibet respectivè pro tempore concessarum, & in posterum concedendarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere intendatis, aut velitis, seu quilibet vestrum intendat, aut velit, in quovis pios, & non pios usus, & in quascumque personas utriusque sexus, sive consanguinei, affines, seu nepotes, aut etiam alii quovis modo vobis respectivè conjuncti, vel servitores, aut familiares vestri, aut etiam extranei, etiam illegitimi ex quovis illicito, & damnato coitu, aliâs quam ex proprio corpore cujuslibet vestrum respectivè procreati, ac etiam ipsorum illegitimos parentes, conjuges, filii, descendentes, ascendentes, vel cognati, seu attinentes, fuerint, necnon Collegia, Universitates, & loca tam pia, quam non pia, & aliâs quomodocumque & qualitercumque prohibito, & voluntate cujuslibet vestrum absolutis, semel vel pluries in toto, vel in parte, etiam successivè, ac toties quoties cuilibet vestrum respectivè videbitur, & placuerit disponere, eaque legare, relinquere, & erogare, seu dispositiones, testaments, legata, relicta in vim præsentium seu aliâs quomodolibet facta similiter quandocumque vobis respectivè videbitur in totum, vel in partem, etiam sæpè, & sæpius moderari, limitare, commutare, ac in totum, vel pro parte revocare, & in alias personas distribuere, ac aliâs de illis pariter prout vestrum cuilibet respectivè videbitur, & placuerit, ac duxeritis faciendum, tam in curia prædicta, quam extra eam etiam extra loca debite vestra, & cujuslibet vestrum residentia respectivè, ac ubicumque, & quandocumque etiam in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aliarum vobis pro tempore, seu cuilibet vestrum respectivè concessarum facultatum, vel quod in vim illarum testari, vel disponere velitis, & intendatis, ac etiam præsentibus Literis in actu condendi per quemlibet vestrum respectivè testamenti, seu cujuslibet alterius ultimæ voluntatis, & dispositionis, si cui-

Facultas  
testandi.

libet vestrum respectivè videbitur, non exhibitis, disponere liberè, & licitè possitis, & valeatis, ac vestrum quilibet possit, & valeat respectivè, liberam, plenam, & omnimodam licentiam, & facultatem perpetuò duraturam motu, scientia, deliberatione, liberalitate, & potestatis plenitudine paribus harum serie concedimus, & impartimur.

Supplet omnes defectus.

§. 5. Ac ex nunc testamenta, codicillos, donationes, dispositiones, legata, relicta, & erogata, ac ultimas voluntates vestras, contractus hujusmodi & quidquid super his per quemlibet vestrum, etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffultum, hæcenus, vel in futurum in toto, vel in parte testatum, codicillatum, donatum, relictum, erogatum, & aliàs tam inter vivos, quam in ultima voluntate, seu aliàs quovis modo dispositum esse contigerit, omniaque & singula inde sequuta, & sequutura nunc prout ex tunc, & è contra approbamus, & confirmamus, ac valida, & efficacia esse, & fore, perpetuaque roboris firmitate subsistere volumus, omnesque & singulos juris, & facti ac solemnitatum, etiam substantialium defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, supplemus.

§. 6. Et nihilominus statuimus, & ordinamus, vobisque omnibus, & singulis indulgemus, ut etiamsi contigerit vestrum quemlibet ab intestato, & sine ulla rerum, & bonorum suorum hujusmodi, vel cum invalida, & minus legitima dispositione in quacumque Mundi parte, etiam in d. Curia, vel extra loca debita à vobis respectivè residentia, etiam nulla subsistente causa decedere, omnia, & singula bona, res, & jura, actiones, fructus, pensiones, & alia quæcumque & qualiacumque supra expressa, non ad Sedem, & Cameram, vel Ecclesias, Monasteria, & beneficia prædicta, seu in eis successores, sed ad hæredes sanguinis cujuslibet vestrum respectivè, & quoscumque alios vestrum cuilibet ab intestato succedentes integrè devinire debeant.

§. 7. Decernentes omnia, & singula prædicta etiam ut præfertur qualificata, nec non spolia, & quæcumque alia per vos, & quemlibet vestrum respectivè pro tempore relicta, res, & bona, ac alia præmissa nullo unquam tempore tamquam spolia ad Nos, ac Sedem, & Cameram prædictas devolvi, seu spectare quomodolibet prætendi posse, ac hæredes donatarios, & alios, ad quorum favorem bona ipsa quovis modo relicta esse, seu ad quos illa ab intestato spectare contigerit, necnon executores, & alios quibus negotium executionis vestrarum voluntatum hujusmodi respectivè commiseritis, ad solven. tertiam, vel aliam partem bonorum eorundem per quemlibet vestrum respectivè pro tempore relictorum, quæ forsitan per Constitutiones Apostolicas, aut aliàs de jure, vel consuetudine post obitum cujuslibet vestrum ad dictam Cameram, aut ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices spectare, seu in pios, vel alios usus, & forsitan contra Infideles, aut in Fabricam supradictæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, vel eorundem Monasteriorum, aut Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum, seu Cruciatæ Sanctæ, vel alios usus converti deberet, seu dum vixeritis respectivè convertere debeatis, illudque nulla subsistente causa, sed pro cujuslibet vestrum respectivè libito voluntatis prætermiseritis, quam ex nunc vobis, & vestrum cuilibet, hæredibusque, donatariis, & aliis quocumque titulo, etiam ab intestato, successoribus vestris hujusmodi liberaliter, & titulo irrevocabi-

lis donationis inter vivos gratiosè donamus, & elargimur, minimè teneri, nec super bonis per quemlibet vestrum, ut præfertur, seu aliàs pro tempore dispositis, seu etiam ab intestato relictis per Camerarium, seu Procamerarium nostrum pro tempore existentem, Thesaurarium generalem, Commissarium, Collectores, Subcollectores, aut alios quoscumque agentes pro dicta Camera quovis prætextu, auctoritate, potestate, occasione vel causa manus injici, minusque eis aliquam descriptionem, seu inventarium, vel depositum aut sequestrum, seu quid simile facere, attentare, seu prætere licere, neque per eos, vel vestros, in Ecclesiis, Monasteriis, vel Beneficiis respectivè successores, aut dictæ Fabricæ Præpositos, vel alios quoscumque quovis modo directè, vel indirectè, etiam ex causa illicitæ negotiationis, vel quod fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum prædictorum propter non residentiam, vel incompatibilitatem beneficiorum quorumcumque per vos, & vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore obtentorum, & in posterum obtinen. vel aliàs quacumque de causa vestros non feceritis, sed illos malè, atque indebitè perceperitis, & propterea ad illorum restitutionem Cameræ nostræ Apostolicæ, seu Monasteriis, & Beneficiis, vel Fabricæ prædictis, aut cuicumque alteri personæ, vel loco facien. teneamini, dummodò super his causa vobis viventibus respectivè non fuerit introducta, molestari, & inquietari posse, aut debere.

§. 8. Necnon Camerarium, seu Procamerarium, Thesaurarium, Præsidentes Clericos, Agentes, Collectores, Subcollectores, Commissarios, Deputatos, aut alios prædictos quidquam à vobis, aut vestrum quolibet, seu vestris, & cujuslibet vestrum hæredibus prædictis, tam ab intestato, quam ex testamento, legatariis, donatariis, aut aliis, in quorum favorem dispositum fuerit, aut qui ab intestato, ut præfertur, succedent, occasione præmissorum, seu sequestrationis, dissequestrationis, excamerationis, propinæ, seu trigestimæ, transactionis, vel cujuslibet alterius pactiois, aut aliorum quorumcumque jurium, vel regalium eis loco salarii, vel mercedis, aut, pro labore, vel in recompensam quomodolibet debitum, seu etiam causa & titulo oneroso eis concessum, vel aliter competens, sive in parva, sive in magna quantitate petere, accipere, vel prætere nullatenus unquam posse, sed præsentis litteras sufficere ad effectum tuendi dominium, & possessionem omnium, & singulorum prædictorum hæredibus, legatariis, & quibusvis aliis personis, in quarum favorem per vos, seu vestrum quemlibet respectivè dispositum fuerit, vel qui ab intestato succedent. Neque etiam ex eo, quod tam condito testamento, vel aliàs inter vivos, seu in ultima voluntate, quam etiam nulla, vel minus valida, & legitima dispositione facta, aut etiam ab intestato quemlibet vestrum in prædicta Curia, aut quacumque Mundi parte extra beneficia, etiam curam animarum habentia, & personalem residentiam requirientia secularia, & quorumvis Ordinum, ac Militiarum, etiam præfati Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regularia, & alia qualitercumque qualificata per vos, seu vestrum quemlibet respectivè nunc, & pro tempore obtenta, & obtinenda, etiam pro cujuslibet vestrum sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi, vos, seu quemlibet vestrum decedere contigerit, Constitutionis fel. record. Pii Papæ IV. Prædecessoris Nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepi-

Non tenentur ad restitutionem fructuum.

Abrogatio  
Constit. Pii  
IV. super re-  
sidentia &c.

scopos

scopos, seu alios Prælatos, nec non Parochialium Ecclesiarum Rectores, aliosque personali residentia adstrictos extra illam quomodocumque decedentes 7. Kal. Decemb. Pontificatus sui anno V. vel alio veriori tempore emanata, & aliarum quarumcumque Constitutionum, ac sacrorum Canonum, & decretorum Conciliorum, etiam generalium, aut alio quocumque prætextu molestari, vel inquietari posse, aut debere, minusque præsentibus sub prædicta Pii IV. Prædecessoris Nostri super residentia, & aliis Apostolicis Constitutionibus, ac sacrorum Canonum, & Conciliorum Synodalium, vel Provincialium, ac etiam generalium decretis, nec etiam sub quibusvis similibus, vel dissimilibus exemptionum, & facultatum, aliarumque gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, declarationibus Apostolicis, ac dictæ Camera, vel aliis contrariis dispositionibus, etiam per modum legis, aut Constitutionis generalis, & statuti perpetui ac Cancellariæ Apostolicæ Regulæ, etiam per Nos, & Sedem Apostolicam, seu Romanos Pontifices successores Nostros, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & ex quibusvis causis, etiam inexcogitabilibus, ac in favorem Fidei, & Divini cultus augmentum, nec non pro dictarum Sedis, & Camera necessitatibus pro tempore factis, & in futurum faciendis comprehendere, sed ab illis semper exceptas, & quoties comprehendere viderentur toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quavis posteriori data per vos, seu vestrum quemlibet, vel alios prædictos à vobis, seu vestrum quolibet respectivè causam pro tempore ut supra quomodolibet habentes, seu habituros eligenda concessas, & integros effectus fore, & esse, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

§. 9. Neque præsentibus per alias similes, vel dissimiles gratias vobis, & vestrum cuilibet concessas, & concedendas revocari, suspendi, limitari, vel confundi, sed vos omnes, & singulos illis accumulativè in omnibus, & per omnia uti, si quid autem in una ex facultatibus huiusmodi defecerit, id per aliam suppleri posse, & debere; Nec vos, seu vestrum quemlibet ad aliquam particularem licentiam, seu indulgentiam, vel confirmationem præsentium à Nobis, vel Successoribus Nostri Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia quacumque simili, vel dissimili gratia, vel ejus confirmatione vobis, seu vestrum cuilibet quomodocumque concedenda de præsentibus mentionem aliquam faciendi teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse; Sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, seu Procamerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, eorumque Vicelegatos, nec non Thesaurarium generalem, Præsidentes Clericos, Commissarios, Collectores, & Subcollectores, aliove quoslibet Sedis, & Camera prædictarum Officiales, & Ministros, quavis auctoritate, præminentia, & potestate fungentes, & functuros in quacumque causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Quocirca Venerabilibus Fratribus Nostri Ostiensis, & Portuen. Episcopis, ac Dile-

cto filio causarum Curie Cam. prædictæ generali Auditori motu pari per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios ipsas præsentibus litteras, & in eis contenta quacumque ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte vestra, seu alicujus vestrum, sive quoruncumque donatariorum, legatariorum, hæredum, & successorum cujuslibet vestrum respectivè, & aliorum prædictorum desuper fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque & vestrum cuilibet, & aliis prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra omnia, & singula præmissa per locorum Ordinarios, Camera prædictæ Commissarios, Deputatos, & Ministros, aliove quoscumque inviolabiliter observari.

§. 11. Non permittentes vos, seu vestrum quemlibet, vel donatarios, & legatarios, hæredes, & successores vestros respectivè, aliove prædictos, vel eorum aliquem desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel alias quovis modo impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles auctoritate Nostra prædicta per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, servata forma Concilii Tridentini; etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, & auxilium brachii secularis quatenus opus sit invocando.

§. 12. Non obstantibus præmissis, ac recol. mem. Bonifacii PP. VIII. etiam Prædecessoris Nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus diebus, dummodò ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, nec non prædicti Pii IV. Prædecessoris tam super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, & aliorum Prælatorum, necnon Rectorum Parochialium Ecclesiarum, cæterorumque personali residentia adstrictorum extra illam quomodocumque decedentium sub dat. 7. Kalen. Decemb. Pontific. sui anno V. seu alio veriori tempore, quam de gratis qualecumque interesse dictæ Camera concernentibus in eadem Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & in illa, ejusque libris registrandis, alioquin nullæ, & invalidæ existant, ad quod vos, seu aliquem vestrum teneri nullo modo volumus, sed præsentibus litteras, ac omnia, & singula in illis contenta, valida, & efficacia fore, & esse, ac suum plenarium, & integrum effectum sortiri, & obtinere in omnibus, & per omnia, perinde ac si in ipsa Camera præsentatæ, & insinuatæ, ac in ejus libris registratæ fuissent, decernimus, & mandamus, ac pie mem. Sixti V. & Pii etiam V. Rom. etiam Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum contra illegitimos, & testamenta, codicillos, legata, donationes, & quascumque alias dispositiones ad eorum, seu ex ipsis descendendum favorem factas annullantibus, & præfati Bonifacii Prædecessoris, per quam concessionibus de fructibus percipiendis in absentia sine prævisione termini fieri prohibentur, nec non sacrorum Canonum, & Conciliorum generalium decretis, quibus decernitur Prælatos, & Beneficiatos quoscumque propter non residentiam, seu incompatibilitatem, vel alia quacumque de causa fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, & Beneficiorum, etiam consistorialium, suos non facere, sed eos Ecclesiis, seu beneficiis pro eorum reparatione vel successoribus in eis deberi, vel in quoscumque alios pios usus in totum, vel in partem erogandos, aut Camera prædictæ, vel

Derogatio  
Constit. Bonifacii VIII.  
Pii IV.

Sixti V.  
Pii V.

cui-

Præsentibus  
Constitutis.  
non possunt  
suspendi nec  
revocari.

Mandatum  
de manere.

cuiuscumque alteri applicandos esse disponentibus, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum, ac etiam nostris super Prælatorum, & aliorum beneficiariorum decedentium spoliis hæcenus editis, & in posterum eden. & Cancellariæ Apostolicæ Regula de iure quæsito non tollen. aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac declarationibus, dictæque Cancellariæ Regulis, necnon Urbis, Cameræ, & Basilicæ prædictarum, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & Hospitalium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, aliorumque locorum, tam secularium, quam Regularium, in quibus beneficia huiusmodi forsitan fuerint, seu à quibusvis illa dependere contigerit, & Ordinum, quorum illa fuerint, & Militiarum quarumcumque etiam d. Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, necnon Civitatum, Provinciarum, Terrarum, & locorum quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, reformationibus, & novis additionibus, sylis, usibus, & ordinationibus Capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Urbis, Cameræ, Fabricæ, Basilicæ, Ecclesiis, Monasteriis, Militiis, Hospitalibus, & Ordinibus prædictis, eorumque Præsulibus, Superioribus quocumque nomine nuncupatis; Capitulis, & Conventibus, necnon quibusvis Civitatibus, Provinciis, Terris, & locis, illorumque Communitatibus, Universitatibus, hominibus, & personis, ac pedagiorum, datiorum, gabellarum, decimarum, impositionum, & aliorum onerum prædictorum exactoribus, collectoribus, & redemptoribus, etiam ex titulo merè oneroso, & quibusvis aliis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibus etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores Nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam motu, & scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, seu alias quomodolibet concessis & conceden. ac etiam pluries confirmatis, approbatis, & innovatis, etiam de illis servandis, & non impetran. Litteris Apostolicis contra illa præfatis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Militiis, seu eorum Præsulibus, Administratoribus, & Magistris, vel aliis quibuscumque personis per vos, vel Procuratores vestros respectivè præfiteritis, vel in posterum vos, seu quemlibet vestrum præstare contigerit juramentum, ac Litteris piæ etiam mem. Alexandri Papæ VI. prædecessoris pariter nostri, per quas etiam forsitan motu simili, ac ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine inter alia statuit, & ordinavit, quod tertia, seu alia tunc expressa pars omnium, & singulorum bonorum mobilium, & immobilium ex Ecclesiis, aliisque dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, eorumve fructibus, seu aliis acquisitionum, sive etiam intuitu, & contemplatione personæ pro tempore provenientium, de quibus per eos, quibus facultates testandi concessæ fuerint, in quibuscumque testamentis, donationibus, codicillis, & aliis ultimis voluntatibus quovis modo, etiam ad pias causas quascumque, & alios licitos usus, etiam prætextu similibus licentiarum, facultatum, & gratiarum eis pro tempore concessarum testari, seu disponi contingeret, dictæ Cameræ pro Cruciatâ Sanctâ, & aliis Romanæ Ecclesiæ necessitatibus reservaretur, illaque ad dictam Cameram pleno iure pertinere, ipsamque Cameram eam vendere posse,

Derogatio.

Etiam Alexandri.

& debere, ac irritum, exindè decrevit, & inane quidquid secus quacunque auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari, & quibusvis similibus facultatum, & exemptionum restrictionibus, limitationibus, modificationibus, & revocationibus quomodolibet factis, & faciendis.

§. 13. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, & servatis respectivè habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim à prædicta sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per Litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

§. 14. Cæterum easdem præsentis Litteras, ac omnia, & singula in eis contenta de subreptionis, aut obreptionis, aut nullitatis, seu intentionis nostræ, vel quovis alio quantumvis magno, ac maximo, & substantiali vitio, vel defectu, etiam ex eo, quod in concessione præsentium interesse habentes, seu habere prætendentes, etiam specifica, & individua mentione digni, vocati, citati, vel auditi non fuerint, vel etiam ex contraria quavis contractus, vel privilegii dispositione, statuto, usu, vel consuetudine, seu alias undecumque, vel ex quavis alia causa, & occasione quantumvis magna, justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret notari, impugnari, invalidari, annullari, restringi, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas, seu illa restitutionis in integrum, apertionis oris aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, vel etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti seu se juvare unquam posse, sed illa perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, vimque validi, & jurati contractus ex causa verè onerosa inter Sedem, & Cameram prædictas ex una, ac vos, & vestrum quemlibet ex altera partibus stipulati obtinere, ac vobis omnibus, & singulis, & illis, in quorum favorem, ut præfertur respectivè disposueritis, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari debere pariter decernimus.

§. 15. Quinimo nullum dari posse quantumvis insolitum, & incogitatum casum quo cuiuslibet vestrum voluntas tam inter vivos quam causa mortis, vel alias expressa, & declarata, ac præsentium facultas, & beneficium si ab intestato, aut alias decedatis, seu vestrum quilibet decedat respectivè suum plenarium non fortiantur effectum, excepto tamen casu quo disponeretis, seu vestrum aliquis respectivè disponeret ad favorem illorum illegitimum, quos supra expressè volumus, & declaravimus harum beneficio frui, & potiri non posse.

§. 16. Quod si ullo unquam tempore con-

Præsentis litteræ non possunt ullo modo infringi.

Cognitio ad Clericos Camer. Apolt.

tingeret hanc Nostram concessionem, & facultatem vobis, & vestrum cuilibet concessam, & contenta in ea in dubium revocari, ejus rei cognitionem ad Camera Apostolicæ Clericos spectare volumus, & in ea via ordinaria procedi, non obstantibus facultatibus prædicto Theaurario generali ejusdem Camera nunc, & pro tempore existenti per quoscunque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, aut Nos concessis, ac etiam per Nos, & Successores Nostros Romanos etiam Pontifices in futurum concedendis.

§. 17. Quibus omnibus, & singulis etiam si pariter pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus similiter pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad effectum præmissorum omnium, & singulorum specialiter, & expressè etiam derogamus, & latissimè derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

§. 18. Per præsentibus autem non intendimus in aliquo derogare, vel præjudicare Cam. Apost. prædictæ quoad fructus inexactos juxta Constitut. similis rec. Julii III. & Urbani VIII. Rom. Pontificum Prædecessorum pariter Nostrorum desuper editas, ac alias per Nos, seu Romanos Pontifices Successores Nostros edendas.

§. 19. Dentque volumus, ut ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ eisdem præsentibus haberetur, si essent originaliter exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexta Julii 1672. Pontificatus Nostri anno Tertio.

XVIII.

Confirmatio, & approbatio Decreti pro Custodia Sancti Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA X.

*Ad futuram rei memoriam.*

EXponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Custos, & Definitorum Custodiæ S. Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Discalceatorum nuncupatorum in Regno Neapolitano auctoritate Apostolica erectæ, quod cum ad favorem ejusdem Custodiæ à fel. record. Clemente Papa IX. Prædecessore Nostro, ac à Nobis binæ emanaverint in simili forma Brevis Litteræ, per quas status ipsius Custodiæ rectè, prudenterque ordinatus reperitur, Venerabilis Frater Noster Franciscus Episcopus Ostiensis, & Veliternus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Barberinus nuncupatus dicti Ordinis apud Nos & Sedem Apostolicam Protector, vigore facultatis sibi super hoc à Nobis attributæ, omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus Superioribus, tam majoribus, quam minoribus, ac quibuscunque Fratribus dicti Ordinis de Observantia, & Reformatis, aliove quocunque nomine vocatis, aliisque ad quos spectat, spectareque potest, mandavit, & præcepit, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, aliisque etiam gra-

viaribus suo, & pro tempore existentis Protectoris arbitrio imponendis, ne adversus eandem Custodiam, eique concessarum Litterarum prædictarum tenorem, sive in Romana Curia, sive extrâ eam quidquam etiam minimum petere, attentare, vel facere quovis modo audeant, nisi prius vocatis, certioribusque redditus Custode, & Definitoribus dictæ Custodiæ pro tempore existentibus, ac etiam Ordinis prædicti Protectore informato, & alias prout plenius continetur in ipsius Francisci Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto desuper emanata, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Franciscus miseratione divina Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberinus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vice-Cancellarius, Sacri Collegii Decanus, & totius Ordinis S. Francisci Protector, Corrector, & Governator &c. omnibus &c. Cum Sanctissimus Dominus Noster Clemens Papa X. Nobis remiserit preces Sanctitati Sæ portectas nomine Custodiæ S. Petri de Alcantara Fratrum Minorum Discalceatorum Sancti Francisci in Regno Neapolitano nuper erectæ, supplicantis nihil tractari, decerni, innovari, ac fieri contra eam, aut binas Apostolicas Litteras in forma Brevis à Sanctitate Sua eidem concessas, primam incipien. Apostolicæ servitutis &c. die 30. Septembris 1670. secundum incipiens *Ex commissi Nobis*, &c. die 28. Augusti anni 1671. expeditas, ipsa Custodia prius non audita, & non citata.

§. 2. Nos æquum, & justum ab ea petum judicantes prædictæ ejusdem Sanctissimi Domini Nostri commissionis, ac etiam quo fungimur Protectoris officii vigore, & auctoritate, omnibus, & singulis nunc, & pro tempore Superioribus, tam majoribus, quam minoribus cujuscunque qualitatibus, & dignitatibus, ac quibuscunque Fratribus Ordinis Minorum Observantibus, & reformatis, sive alio quocunque nomine vocatis, omnibusque etiam, ac singulis personis, ad quas quomodolibet spectat, & pertinet, spectareque, & pertinere potest, mandamus, ac strictè præcipimus, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendæ, aliisque etiam gravioribus Nostro, & Cardinalis pro tempore Protectoris arbitrio imponendis, ne quomodolibet, & qualitercumque audeant adversus prædictam Custodiam, aut eidem concessorum prædictorum Brevis tenorem, sive in eisdem contentorum aliquod, quidquam, vel minimum petere, attentare, vel facere tam judicialiter, quam extrajudicialiter, seu alio quovis modo intra, vel extrâ Romanam Curiam, directè, vel indirectè per se ipsos, vel per alios, non vocatis prius authenticè, aut vocari factis, ac plenè de omnibus, & singulis, quæ contra eandem Custodiam, aut ejusdem memorata Brevia petenda, tractanda, tentanda, aut decernenda sunt certioratis, & in scriptis informatis, ut se defendant, aut defensiones suas Apostolicæ Sedi exponi possint facere, ipsius Custodiæ pro tempore Custode, & Definitoribus, ac etiam prius de eisdem Cardinale Ord. pro tempore Protectore informato, cujus etiam partes erunt id ad notitiam dictorum Custodis, & Definitorum deducere, ut debeant audiri, & audiantur priusquam aliquid circa prædicta quomodolibet tractetur, petatur, tentetur, innovetur, aut fiat, seu decernatur, aut fieri, & decerni mandetur; Et ita in omnibus observari mandamus, non solum præmissis, sed etiam omni meliori modo. Dat. Romæ in Cancellariæ Apostolicæ Palatio die 1. Aprilis 1672. F. Cardinalis Barberinus Protector. Loco ✠ sigilli.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subungebat prædicti exponentes præmissa quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis No-

Tenor decreti Eminentiſſ. Protectoris.

firæ